

Neues Archiv

der

Gesellschaft für ältere deutsche Geschichtskunde

zur

**Beförderung einer Gesamtausgabe
der Quellenschriften deutscher Geschichten des Mittelalters.**

Fünfundzwanzigster Band.



**Hannover und Leipzig.
Hahn'sche Buchhandlung.
1900.**

Gedicht auf die Simonie.

Herausgegeben von E. Dümmler.

- Sunt qui dogma Magi Symonis vitare videntur,
Et facinus Giezi non perpetrare verentur.
Quod voluit Simon haut potuit, patrare reatum,
Nec facinus tamen inde minus fuit hoc reprobatum.
- 5 A precio Simonis si non Petrus abstinuisset,
A vicio Simonis mundus non ipse fuisset.
Novimus et legimus hunc Petri voce ruisse,
Novimus hunc pedibus fractis inferna petisse.
Nam Simon astra petens, nixus fallacibus alis,
- 10 Corruit: hoc metuit puto cetus pontificalis.
Ante sacrum Domini maledicunt dona ferentes,
Sed postquam dederint, reprobant nil retribuentes.
Talis grex sancti scit Petri verba timere,
Nec curat super hoc Helisei facta pavere.
- 15 Istius vatis Giezi fuit iste minister,
Nequicie vel avaricie dux atque magister.
Mundatus siquidem Naaman Iordanis in unda,
Obtulerat sancto nequaquam munera munda.
Noluit eius opes sapiens assumere vates
- 20 Et dimisit eum devitans inpietates.
Quod cernens Giezi Naaman non missum adivit
Et quasi pro Domino munus cum fraude petivit.
Quod petit impletur: suscepit munera magna,
Accepturus ob id paulo post pessima dampna.
- 25 Mox Eliseus ei censoris voce profatur:
'Unde venis, Giezi, fatui mens te comitatur'.
Respondit Giezi: 'Non ivi, mi pater, usquam'.
Cui retulit sanctus: 'Poteris me fallere nusquam,
Nam vidi Naaman de curru desilientem
- 30 Et tibi tradentem species, te susipientem.
Servos ancillas modo dives factus habebis,
Vites et ficus et olivas edificabis.

Zu v. 15—34 vgl. 4. Reg. 5, 6 ff. v. 19 und 20 sind in der Hs.
umgestellt. v. 25—34 s. 4. Reg. 5, 25—27.

Sed sicut Naaman lepra modo percutieris,
Et cum stirpe tua de castris eicieris'.

- 35 Dicit, et impletur, quod sanctus promserat ore,
Nam cito completur, quod vult Deus, absque labore.
Exiit a Domino Giezi mox ulcere plenus
Posseditque miser fedum pro crimine fenus.

Hec, rogo, respiciant qui crimine crimen ementes

- 40 Et vendunt et emunt sacra Christi nil metuentes.
'Gratis', Christus ait, 'sumpsistis, tradite gratis,
Et mea prebentes, hinc vos nichil accipiat'is'.
Ingrediens edem nichil intrans forte dedisti,
Sed post ingressum mercedem restituisti.
- 45 Ianitor imprudens nichil abstulit ingredienti,
Sed post introitum favit lucra magna ferenti.
Nolens esse Simon, Giezi non abnuuit esse,
Et fiat leprosus ob hoc est credo necesse.
Venditor est Giezi, Magus emptor dirus habetur,
- 50 Si reus est emptor, flagra venditor experietur.
Vir bone, quid distat, prius et post si precium das
Vel recipis, vendens et emens res gratis habendas,
Tempora, non vicium fateor mutasse probaris,
Si reus es, vitio, non tempore iustificaris.
- 55 Forsitan hic dices: 'dominis servire laboro'.
Erras, sed mage dic: 'crimen pietate coloro'.
Qui solidos prestas, caudam canis haut tribuisses,
Si pridem per eum vel opem vel opes habuisses.
Mens Simonem punit pro sacris dona ferentem,
- 60 Mens Giezi punit pro sacris dona volentem.
Et prior est et posterior fraus sepius ulta
Nec prior est nec posterior fraus ecce sepulta.
Demonis omnibus apta volentibus ars odiosa,
Nulla quiescere, nulla senescere vult viciosa.
- 65 Hac lue scinditur, hac lue labitur ordo, sacrarum
Lux perit, interit et fluit et ruit ecclesiarum.
- Non Simon est claudus, volat ecce per has regiones,
Et Giezi dives celebrat modo vendiciones.
Qui solidis pollet, quamvis sit flagiciosus,
- 70 Excuciens solidos reputatur religiosus.
Si numeret nummos, fit ineptus sepe decanus,
Qui numerare nequit, sensu caret estque profanus.
Est alter qui non reverendos emit honores,
Sed studuit donis sibi conciliare favores,

v. 41 Matth. 10, 8. v. 52 'Vel si' Hs. v. 60 'ferentem' über-
geschr. 'volentem' Hs. v. 74 'conciliari' Hs.

- 75 *Laudibus ut fultus populi caput efficeretur,
 Sicque quibusque modis quod amabat consequeretur.
 Non Simon hic tantum, sed et Absalon esse videtur,
 Inter damnatos qui ter damnatus habetur.
 Nam populi mentes sibi primo conciliavit,*
 80 *Postque tenere per hoc se regna paterna putavit.
 Sed cum non merito sic patris sceptrata tulisset,
 Contigit, ut merito crudeliter interiisset.
 Eius fautores ter contigit interiisse,
 Ne putet hos aliquis fraudis vicio caruisse.*
 85 *Ecclesias prorsus tales honerare probantur
 Subiectosque premunt, non illis auxiliantur.
 Ecclesie sacras postponunt utilitates
 Omnimodisque suas coacervant proprietates.
 Que sua sunt querunt, lucra Christi nil reputantes*
 90 *Et se, non Christum scelerate semper amantes.
 Prelati facti, sicut nimis ante volebant,
 Despiciunt miseros, quos blande decipiebant.*
*Si queras, de quo mea carmina talia fantur:
 Hec cano de cunctis, qui sic egisse probantur.*
 95 *Versibus his qui se reputaverit esse notatum,
 Iure mihi parcens proprium fleat ipse reatum.
 Nam Simon et Giezi sunt certe flagiciosi,
 Pes frangetur eis vel erunt sine fine leprosi.
 Absalon in gladio cum complicitibus morietur,*
 100 *Ex his regna poli nullus, reor, ingreditur.*

Auf das vorstehende meines Wissens bisher ungedruckte Gedicht führte mich der Katalog der Bibliotheken der französischen Departements XXXI, 247, wo Anfang und Ende verzeichnet war. Es befindet sich in der Bibliothek von Angers in der dem 12. Jh. angehörigen Hs. 178 (170) am Schluss auf f. 48'. Eine Abschrift verdanke ich unter gütiger Vermittelung des Bibliothekars Joubin dem Herrn Delad'hone. Bei der Herstellung des Textes wurde ich durch Herrn Dr. von Winterfeld in wirksamer Weise unterstützt. Ich habe davon abgesehen, die zahlreichen Abweichungen der Abschrift von dem hier vorgelegten Texte anzugeben, weil die Mehrzahl derselben dem Abschreiber und nicht seiner Vorlage zur Last zu fallen schienen und mit Sicherheit zu verbessern waren.

Das Gedicht besteht aus 100 Hexametern, von denen je 2 nach der Art der caudati mit den beiden Endsilben

auf einander reimen und je einen Satz bilden. Binnenreime finden sich ausserdem noch in den Versen 3. 4. 7. 8. 10. 16. 40. 61—66. Persönliche oder örtliche Anspielungen fehlen leider ganz, für die Entstehung wird man ohne Zweifel an Frankreich denken dürfen, von wo es uns überliefert ist; der Inhalt, der sich in bekannten biblischen Vergleichen ergeht, weist auf den Investiturstreit und lässt etwa auf den Anfang des 12. Jh. schliessen. In v. 7 ff. bezieht sich der Verfasser auf die dem Linus zugeschriebenen fabelhaften *Acta S. Petri*. Wenn ich diese Verse eher gekannt hätte, so würde ich sie zu den übrigen im 3. Bande der *Libelli de lite* aufgenommen haben, zu welchem sie demnach hier als ein kleiner Nachtrag folgen mögen.
